

*MCCCLXXVIII. Die Primo Decembris in Consilio Sapientum guerre
Capta.*

« Quia vita, salus et conservatio nostra est in dando expeditio-
» nem hujus benedicte armate nostre et omnes alie vie sunt
» searse ad ducendum nos ad salutem, considerata condictione no-
» stra; et quia etiam ad volendum substinere nos et statum no-
» strum omnino est necessarium, quod veniamus ad manus cum
» inimicis nostris, super quo passa est omnino ad providendum
» sine temporis ammissione, ita quod omnes habeant amplissimam
» causam ponendi corpora et vitam in honorem et statum nostri
» Dominii et per consequens quod galee nostre vadant bene armate
» fulcite et parate in tantis et sic arduis negotiis nostris: Quia in
» hoc puncto pendent omnia facta nostra et si unquam fuit tempus
» salubriter providendi est nunc, considerata optima et perfectis-
» sima dispositione totius populi nostri.

» Vadit pars ad honorem Dei et gloriose Virginis Marie ma-
» tris ejus et protectoris nostri sancti Marci et totius Curie cele-
» stis, et ut sua pietate dent nobis contra inimicos nostros victoriam
» et honorem. Quod ex nunc sit captum, quod veniente tempore
» pacis et facta pace cum inimicis nostris, Consiliarii nostri Vene-
» tiarum et Capita de Quadraginta, qui se reperient, sub pena
» ducatorum mille pro quolibet, teneantur infra quindecim dies
» facere vocare sub pena solidorum centum et congregari Consili-
» lium sapientum guerre, quod tunc erit, et ipsis congregatis fiat
» scrutinium secundum usum in dicto Consilio. Ita quod quilibet
» de Consilio predicto possit accipere unum, qui sibi placuerit
» de nostro majori Consilio, et facto scrutinio probentur omnes
» electi ad unum ad unum in dicto Consilio et illi triginta, qui ha-
» buerint plures balottas aliis, sint firmi de nostro majori Consilio
» cum suis heredibus, licet non transirent medietatem Consilii
» per illum modum et cum illis condictionibus, ut sunt alii nostri